Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber de amore - Cod. Ettenheim-Münster 35

Pamphilus <Maurilianus>

[15. Jahrh.]

Illustration: Miniatur Drachentöter

urn:nbn:de:bsz:31-103127

Incipit prologus in librum Senece de remediis fortuitorum

Hunc librum composuit Seneca nobilissimus orator ad Gallionem quendam amicum suum, contra omnes impetus et machinamenta fortune. Facit autem illum sub dyalogo ut sit sensus querens et ratio confortans. Liber autem iste et sensuum maiestate, et eloquii claritate et sententiarum brevitate refulget.

Incipit liber

Licet cunctorum poetarum carmina gremium tuum illustret, aliquid deliberavi hoc tibi opusculum paucidentibus causibus dirigere curavi: quod non precedentes preteriti narrabunt. Unde quoque incipiendum tibi videtur a morte. Ab ultimo inquit Immo a maximo ad hoc propter genus humana gremit. Nec inclito conceditur hoc facere. Ceteri enim timores habent aliquid post se locum. Mors omnia abscindit. Omnia nos torquet Mors omnia devorat. Omnis qui horremus ad hanc exitus spectat aliorum proculdubio etiam qui aliud se timere iudicat hoc non timent quod ad extinccionem sit aut remedium aut solacium. Sic ergo te formaveris ut si quis palam morte minatus omnes terriculas eius cludas

De morte. Sensus

Morieris Ratio Ista est hominis natura non pena Sen Morieris Ratio Hac conventione intravi ut exirem Sen Morieris Ratio Gentium lex est quod acceperis reddere Sen Morieris Ratio Peregrinatio est vita, ad multum ambulaveris demum redeundum est Sen Morieris Ratio Putabam te aliquid novum dicere ad hoc veni hoc ago, huc me singuli dies ducunt. Nascenti michi protinus natura posuit hunc terminum. Quid habeo quod indigner hic conditione iuravi Sen Morieris Ratio Stultum est timere quod evitare non possis. Istud non effugit etiam qui distulit Sen Morieris Ratio Nec primus nec ultimus omnes me antecesserunt